



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLIV. Quomodo ad Regem, Reginam, vel Episcopum pro natuitate Domini,
visitatione directa scribatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

recreatique sancto hoc de munere
vestro trepidantes, gratias multas
agimus, &c.

XLIV. *QVOMODO EPISCO-*
pus in natiuitate Domini, ad Regem,
Reginam, vel ad Episcopum vi-
sitationis dirigit scriptum.

Glorioso atque præcelso , &
Gvniuersalis Catholicæ sanctæ
Ecclesiæ filio illi Regi, ille Episco-
pus: Gloriosæ atq; præcelſæ , & vni-
uersalis Catholicæ, sanctæ Ecclesiæ,
filiæ illi Reginæ , ille misericordia
Dei Episcopus: Domino inclitoq;
cultori, atque Apostolico, Domi-
no & in Christo fratri illi Episcopo,
ille peccator Episcopus.Dum gene-
raliter dominicæ natiuitatis exulta-
mus aduentum, césum debitæ sub-
iectionis desoluere perurgemus:at-
que ideo salutationum munia cum
eulogiis peculiaris patroni vestri

M ij

180 MARCVLFI MONACHI
sancti illius, si ad Regem clementia-
vestræ, si ad Episcopum sanctitati ve-
stræ direximus, cum omni humilita-
tis genere clementissimè depende-
tes, suggerimus, ut iugi nos præmu-
nientes oratione de vestræ sospita-
tis integritate trepudiare faciatis, di-
gnabili protinus rescripto.

XLV. ITEM ALIA DE NA-
TIUITATE DOMINI.

I Ocunditatis mutuæ gratiam co-
gnoscere cupientes, diuinitus
vniuersitate conlata, non desisti-
mus epistolis, preferendam vestram
præuenire clementiam, aut sanctita-
tem, cum eulogiis peculiaris patro-
ni vestri illius, honorabili ac deuo-
to cultu poscentes, ut qua alacritate
festiuia natiuitatis dominicæ peregi-
stis insignia, nos doceant vestræ
sanctitatis exempla. Erunt enim
nobis prouectuum vestræ incre-